Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ego vado et quæritis me. et in
peccato vestro moriemini. Quo ego
vado. vos non potestis venire.
Dicebat ergo iudæis. Numquid
interficiet semetipsum. quia dicit
quo ego vado vos non potestis ve
nire. Et dicebat eis. Vos deor
sum estis ego de superis sum. Vos
de hoc mundo estis. ego non sum
de hoc mundo. Dixi ergo vobis
quia moriemini in peccatis vestris. Si
enim non credideritis. quia ego sum
moriemini in peccato vestro. Dicebat
ergo ei. Tu quis es. Dixit ei
iesus. Principium qui et loquor
vobis. Multa habeo de vobis
loqui et iudicare. sed qui misit
me verax est. et ego quæ audivi
ab eo. hæc loquor in mundo.
Et non cognoverunt. quia patrem
eius dicebat deum. Dixit ergo eis
iesus. Cum exaltaveritis filium hominis
tunc cognoscetis quia ego sum. et
a me ipso facio nihil. sed sicut
docuit me pater hæc loquor. Et
misit me mecum est. et non reli
quit me solum. quia ego quæ pla
cita sunt ei facio semper. Oratio.
Concedat nobis domine qui tribuis mundi
intellectum. prudentiam dei in conspectu
meo semper quam adversus est mundi ne
commoveat. Secreta. Hæc hostia
domine placationis et laudis tua
nos propitiationis dignos effi
cat. Per. Communio. Panem de cælis præstisti eis habentem
omne delectamentum. et omne sapor
dulcedinis. Postcommunio. Sumpto domine
munere quæsumus ut semper nobis
proficiat ad salutem. Per.

XXXVIII

44

rabile est nomen tuum in universa terra.
Hæc nos communio de sancti
tuæ purget iniquitate. et celestis
remedii fiat esse consortes. Per.
Ad cuius supplicationem et pulsi
bus nostris omnipotens deus. et qui
bus fiducia speranda pietatis
indulges. concedere nobis tribue
benignus effectum. Per. Feria iii.
Deus qui
omnipotens et misericors. semper
et parcere sublatione deprecationem
nostrarum. ut quos delictorum cathe
na constringit. miseratio tue
pietatis absoluat. Per. Introitus
Ecce dixit cor meum quæsivi vultum
tuum vultum tuum domine requi
ram ne avertas faciem tuam a me. Ps.
Dominus illuminatio mea et salus mea
quem timebo. Oratio.
Deus qui nobis obsecrandae sedes sub
sidium. ut quæ te auctore fieri
da cognoscimus te operante im
pleamus. Per. Lectio libri regum.
Factum est sermo domini ad helyam tertiam
diem. Surge et vade in sarepta
sydonionum et manebis ibi.
Præcepi enim ibi mulieri viduæ
ut pascat te. Surrexit et abiit
in sarepta. Cumque venisset ad
portam civitatis apparuit ei mulier
vidua colligens lignum. Et vo
cavit eam dixitque ei. Da mihi